

(1. Clerum omnem, tamquam membrum et partem Reipublicæ, Principibus subijci, expeditum est. *Omnis enim anima* (teste Apostolo ad Rom. 13. v. 1.) *potestatibus sublimioribus subdita sit.*

(2. Certum est, quod jam pridem in more fuerit, ut non tantum sæculares, sed et Ecclesiastici Proceres annua dona sive munera Principi offerrent.

(3. Quod per hæc dona Clerus satisfacere intenderet debito suo erga Principes per Apostolum denunciato, scribit Hincmarus Remensis Opusculo *De Ordine Palatii*. Verba ejus sunt: Causa suæ defensionis Regi ac Reipublicæ vectigalia, quæ nobiscum annua dona vocantur, præstat Ecclesia, servans quod jubet Apostolus, *Cui honorem, honorem; cui vectigal, vectigal*, præstate Regi ac Defensoribus vestris. *Rom. c. 13.* »

(4. Etiam Patres congregati in Synodo secus Theudonis Villam statuerunt, ut Clerus, et omnes Ecclesiastici, quantum possunt, non tantum spirituali, sed et temporali subsidio Regi auxilio essent. Verba Synodi sunt: « Unusquisque vir Ecclesiasticus et intercessionis adjutorium, et solatii, quo Respublica indiget, subsidium, juxta quantitatem rerum Ecclesiæ sibi commissæ, salvo jure, quod exinde divinis dispensationibus debet impendi, prompte et ex animo parato et impigro, sicut tempore Antecessorum vestrorum consueverat, studebit afferre. »

(5. Et sane numquam Ecclesia non probavit, ut etiam ex Ecclesiæ facultatibus Reipublicæ et Principibus ad defensionem Regni, aliasque necessitates, liberali et grato animo subsidium feratur.

(6. Occasione expeditionis Hierosolymitanæ pro recuperatione *Terræ Sanctæ* pro expensis illius expeditionis sustinendis, cœpisse a Clero postulari contributionem, apud omnes in confesso est.

(7. Hæc contributio etiam exigi cœpit ad bellum conficiendum contra alios hæreticos. In Concilio enim Bituricensi decretum fuisse

## COADJUTOR.

## SUMMARIUM.

1. Coadjutoria quid sit. — 2. Coadjutoria est duplex: una temporalis, et revocabilis, seu data sine jure succedendi in Ecclesia; et alia perpetua, et irrevocabilis, seu data cum jure succedendi, et qualis sit utraque. — 3. Coadjutoria perpetua cum jure succedendi est Sacris Canonibus inimica, et odiosa, et expresse prohibita a Concilio Tridentino. — 4. Unde Coadjutoria perpetua cum futura successione, concedi non potest nisi per Papam. — 5. Talis perpetua Coadjutoria cum futura successione nequit concedi a Cardinali Legato, seu Nuncio. — 6. Coadjutoria autem temporalis sine futura successione in Ecclesiis, et Beneficiis Episcopatu inferioribus potest concedi a proprio Prælate. — 7. Coadjutoria vero temporalis, sine futura successione in Ecclesiis Episcopalibus, aliisque superioribus pertinet ad solum Papam, non obstante consuetudine contraria; *ad num. 8.* — 9. Coadjutor quis et quid sit. — 10. Coadjutor unde dicatur. — 11. Coadjutor ob varias causas dari potest, et solet. Primo datur Coadjutor simpliciter, et sine futura successione Clericis ob morbum

legitur: « Clerus cum animi gaudio, de pura liberalitate, ne tanto negotio deesse videretur, dimidiam partem decimæ, non quidem nomine decimæ, sed obtentu subsidii persolverunt, aliam partem et etiam majorem, si expediret, si Deus eundem Regem reservasset incolumem, et in eodem negotio persistentem, libenter, et liberaliter solvunt. »

(8. Processu temporis adeo frequentes fuere hæc decimarum impositiones, ut fere annuæ et ordinariæ fierent, et Reges eas in suum ærarium referre postea non dubitarent.

(9. Interim Clerus jam quodammodo assuefactus huic decimarum pensationi, eam in defensionem et conservationem proprii Regni et Ecclesiæ annuere non destitit.

(10. Et hæc contributio, titulo defensionis vel tuitionis, semel introducta, eam in casu necessitatis a Prælatibus et Clero Principes passim petiere.

(11. Ut autem progressu temporis Pontifices Romani voluerunt, ut absque expressa Sedis Apostolicæ licentia non liceret in aliquam contributionem consentire; ita interdum impetrata licentia Pontificum, interdum ipso Clero in subsidium ad postulationem Regum consentiente, hujusmodi impositionem exactam fuisse, multis ostendit Ludovicus Thomassinus *De Discipl. Eccles. part. 4. lib. 3. cap. 24.*

(12. In annuendis subsidiis ea ratio potissimum tenenda videtur, ut dum necessitatibus Patriæ succurri prætentur, ipse Clerus, ac signanter Pastores et animarum Directores suis necessariis non priventur.

(13. Unde omnino justum est, dum subsidio aut aliqua voluntaria contributione Clerus gravatur, ut ipsa Pastoralis competentia omnino servetur exempta.

(14. Et nullatenus verisimile est, Principes desiderare, ut per subsidia competentia Pastoralis minuatur, qui tantopere solliciti fuerunt ut sine mora Parochis de competentia provideretur.

incurabilem, et perpetuum. — 12. Secus est dicendum, si morbus sit curabilis, et temporalis. — 13. Secundo propter lepram. — 14. Tertio datur Coadjutor Beneficiato propter amissum usum lingæ. — 15. Quarto dandus Coadjutor Clerico Beneficiato propter ejus amentiam. — 16. Quinto datur Coadjutor propter senectutem, atque ingravescentem ætatem Beneficiati. — 17. Sexto propter imperitiam, et illiteraturam Rectorum Ecclesiarum Parochialium. — 18. Coadjutor debet habere omnes qualitates de jure requisitas ad illud Officium, pro quo datur. Unde debet esse constitutus in illa ætate, quæ ad obtinendum illud Beneficium, seu Ecclesiam requiritur. — 19. Et si Coadjutor datur in spiritualibus Parochis, aut Episcopo, debet habere scientiam, et prudentiam, qua sciat populum regere, Parochiam vel Diocesim gubernare, etc. — 20. Coadjutor datus Episcopo universaliter quoad spiritualia, debet esse Episcopus consecratus, aliter non posset exercere Pontificalia; sed solummodo Jurisdictionem Episcopalem. — 21. Si vero datur Coadjutor Episcopo, vel alteri Beneficiato solum in temporalibus, debet esse fidelis et probus, et circumspectus administrator. —

22. Coadjutor fere coincidit cum Administratore. — 23. Et etiam Coadjutor fere coincidit cum Suffraganeo. — 24. Et ideo Coadjutoria, et suffraganeatus sine successione, et solum temporalis expirant per obitum Episcopi. — 25. Sicuti etiam cessat redeunte Episcopo absente, aut Episcopo ex dispensatione Apostolica ætatem debitam attingente illico cessat Officium Administratoris interim constituti. — 26. Quamvis autem Coadjutoria temporalis, sicuti et suffraganeatus, et Administratio cesset statim mortuo Coadjuto; Coadjutoria tamen perpetua concessa per Sedem Apostolicam cum futura successione non expirat per obitum Coadjuti. — 27. An perpetuus Coadjutor datus Episcopo cum futura successione, et cum libera potestate administrandi, possit ipso Episcopo Coadjuto vivente, et contradicente, solus administrare, quæ sunt Jurisdictionis spiritualis, seu temporalis; *ad n. 50.* — 31. Coadjutor vivere debet, et recipere congruam portionem de proventibus Ecclesiæ, seu Beneficii, cuius Prælate, vel Beneficiato datus est. — 32. Et in hoc conveniunt omnes Doctores, quando redditus Ecclesiæ sunt abundantes, seu saltem sufficienti pro congrua sustentatione tam Coadjutoris, quam Coadjuti. — 33. Quando redditus Ecclesiæ non sufficienti pro utroque, quis sit preferendus; *ad n. 41.* — 42. Afferuntur variae responsiones, et declarationes datæ a Sacra Congregatione Rituum, quoad ea, quæ concernunt Coadjutores perpetuum datum Archiepiscopo, vel Episcopo; *ad num. 52.* — 53. Coadjutor Episcopi non sedet celebrans, nisi in Faldistorio, neque habet Diaconos assistentes, neque Canonicos paratos, neque septimum Candelabrum. — 54. Nec utitur Baculo, nisi in Ordinationibus. — 55. Ipse tamen Coadjutor Episcopi celebrans præter Diaconum, et Subdiaconum, debet habere assistentem Canonicum pro libro. — 56. Coadjutor Episcopi non tenetur visitare Limina Apostolorum; sed Coadjutus. — 57. Coadjutor Episcopi etiam non adhibitus ad ullam functionem, tenetur residere; nec discedere potest absque consensu Coadjuti, vel licentia Sacræ Congregationis, et tenetur, quoties fuerit requisitus, Pontificalia, et alias functiones obire, quamvis Coadjutus propria impedimenta non probet. — 58. Non potest dictus Coadjutor præsentem Coadjuto Benedictionem Pontificalem impertiri; non est tamen cogendus in hoc casu Missas, aut Vesperas celebrare, sed hoc peragi debet a simplici Canonico, vel Dignitate; tenetur tamen interesse Concioni in Cathedrali etiam absente Coadjuto, in loco decenti, et separato, sed non sub Baldachino. — 59. Coadjutor debet quoties fuerit requisitus Coadjutum in Visitatione comitari, expensis tamen ipsius Coadjuti pro eo, et familia, et absque ulla exactione Procuratoris ratione ejusdem Coadjutoris. Visitans autem ex commissione Coadjuti non potest recusare assistentiam Vicarii Generalis cum facultatibus, quas ei dare Coadjuto placuerit. — 60. Cum Episcopus habens Coadjutorem est impeditus, non potest functiones alteri, quam Coadjutori delegare. — 61. Episcopus Coadjutus debet dare suo Coadjutori commoditatem habitationis in Palatio Episcopali, et omnia necessaria pro exercitio Pontificalium, et pro aliis Episcopalibus functionibus. — 62. Coadjutor sepa-

(1. Coadjutoria est facultas ex causa auctoritate Juris vel Judicis eniupiam concessa adjuvandi Prælatum, vel alium Beneficiatum in Ecclesiæ, vel Beneficii regimine. *Est in re communis.* (2. Et Coadjutoria est duplex: una temporalis, et revocabilis, seu data sine jure succedendi in Ecclesia, seu Beneficio, per quam Coadjutori jus tribuitur mortuo Coadjuto in ejus Ecclesiam, seu Beneficium succedendi. (3. Et hæc ex stylo est adinventata, ut apud Cassiod. *devis. 2. num. 2. de rest. spoliat.* Fagnan. *in d. cap. Ex parte sua num. 15.* Cum talis Coadjutoria sit Sacris Canonibus inimica, et odiosa; *cap. Accepimus 3. de pactis, cap. Nulla 2. de Con-*

ratum Tribunal statuere, aut habere non potest, sed in consueto Tribunali Episcopi Jus reddendum est. — 63. Episcopus residere tenetur, licet habeat Coadjutorem. — 64. Coadjutor Archiepiscopi Metropolitanus Bononiensis, debet præcedere vexillifero ejusdem Civitatis. — 65. Coadjutor Episcopi in Synodo Provinciali debet sedere inter Episcopos Provinciales loco suæ promotionis. — 66. Coadjutor Parochi in absentia Coadjuti in functionibus Parochialibus præcedit Beneficiatos, et recipit eadem emolumenta, quæ Coadjuto debentur. — 67. De Coadjutoribus perpetuis Canonicorum. *Remissive.* — 68. Episcopo Titulari suffraganeo, qualis honor, et præminencia debeatur in Ecclesia, in qua vice Episcopi Ordinarii functiones Pontificales exercet; *ad num. 69.* — 70. Episcopus suffraganeus, quando nomine proprii Episcopi exercet functiones Episcopales, debet habere assistentiam Dignitatum, et Canonicorum. — 71. Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet habere assistentiam duorum Canonicorum ultra Diaconum, et Subdiaconum, qui sunt cantaturi Evangelium, et Epistolam: sed sufficit Diaconus, et Subdiaconus, et unus Canonicus paratus cum pluviali ad librum. — 72. Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti non debent Canonici assistere, sicuti assisterent Episcopo proprio, sed in Habitu ordinario, et Canonicali. — 73. Episcopo Suffraganeo facienti Ordinationes, vel alias functiones nomine proprii Episcopi, Canonici debent assistere in Habitu ordinario Canonicali præter aliquos, qui juxta necessitatem Officii debent accipere paramenta. — 74. Episcopo Suffraganeo non tenentur Canonici obviam ire usque ad cubiculum, sicuti tenentur proprio Episcopo venienti ad Ecclesiam; sed satis est, si aliqui Canonici ei obviam procedant usque ad portam Ecclesiæ. — 75. Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet sedere in Sede Episcopali, sed in Faldistorio. — 76. Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet uti Baculo Pastoralis, nisi in Ordinationibus, et aliis actibus necessariis. — 77. Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti non debet poni super Altare septimum Candelabrum, sicut ponitur celebrante Episcopo Ordinario. — 78. Episcopus Suffraganeus non dispensat super Interstitiis, nisi habeat speciale mandatum, neque votum habet in approbatione Ordinandorum, nisi sit ex numero Examinatorum. — 79. Episcopus Suffraganeus, ubi per Diocesim pro Pontificalibus exercendis proficisci contigerit expensas ab Episcopo habere debet. — 81. Episcopus Suffraganeus non potest visitare Clausuram Monasteriorum Monialium, nisi sit simul Vicarius Generalis, et ab Episcopo, cujus est Suffraganeus, facultatem Vicarii Generalis, vel aliud speciale mandatum habeat. — 81. Coadjutorem habens in animarum cura, aut in Canonicatu, tenetur residere in loco Parochiæ, et Canonicatus. — 82. De Coadjutoria. *Remissive.* — 83. 84. Gratia Coadjutoria cum futura successione non est valida, si consensus detur a Procuratore post obitum Coadjuti. — 85. Quando qualitates necessariæ concurrere debeant in Coadjutore. — 86. Coadjutore effecto impotente ad servitium Ecclesiæ, cessat gratia Coadjutoria.

*sua, et cap. in Consultationibus 6. de Clerico ægrotante.* Alia est perpetua, et irrevocabilis, seu data cum jure succedendi in Ecclesia, seu Beneficio, per quam Coadjutori jus tribuitur mortuo Coadjuto in ejus Ecclesiam, seu Beneficium succedendi. (3. Et hæc ex stylo est adinventata, ut apud Cassiod. *devis. 2. num. 2. de rest. spoliat.* Fagnan. *in d. cap. Ex parte sua num. 15.* Cum talis Coadjutoria sit Sacris Canonibus inimica, et odiosa; *cap. Accepimus 3. de pactis, cap. Nulla 2. de Con-*



essione Præbend. cap. Detestanda 2. cap. Ne captanda 3. de concess. Præbendæ in 6. et expresse prohibita a Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 7. vers. in Coadjutoriis, ibi : « In Coadjutoriis quoque cum futura successione idem posthac observetur, ut nemini in quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis permittantur. » (4. Unde Coadjutoria perpetua cum futura successione, utpote Sacris Canonibus odiosa, et Patrum Decretis contraria, concedi non potest, nisi per Papam, cum ipse solus secundum plenitudinem potestatis de Jure possit supra Jus dispensare; cap. Proposuit 4. de concessione præbend. ibi : « Qui secundum plenitudinem potestatis de Jure possumus supra Jus dispensare. » (5. Hinc fit quod talis perpetua Coadjutoria cum futura successione, nequeat concedi neque a Cardinali Legato, seu Nuncio Gonzal. ad Regul. 8. Cancellariæ gloss. 5. § 9. num. 91. Garcias de Benefic. par. 4. cap. 5. num. 19. Moneta de Distributionibus quotidianis par. 2. q. 1. num. 33. Paris. de resignat. lib. 6. q. 5. num. 15. et lib. 7. qu. 20. n. 14. (6. Coadjutoria autem temporalis sine futura successione in Ecclesiis et Beneficiis Episcopatu inferioribus, potest concedi a proprio Prælato. Parochis enim, et aliis Beneficiatis Episcopo inferioribus, qui propter infirmitatem incurabilem, aut aliud perpetuum impedimentum munus suum adimplere nequeunt, Coadjutorem temporalem dare pertinet ad proprium Episcopum, quia sicuti Episcopus potest eos instituere et destituere in Beneficiis, ita potest etiam, et quidem a fortiori, Coadjutorem dare. Ita Jo. Andr. in cap. Consultationibus 6. de Clerico ægrotante n. 7. Abbas ibid. num. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. § 9. n. 38. cum aliis ab ipso citatis. (7. Notanter vero dictum fuit in Ecclesiis, et Beneficiis Episcopatu inferioribus; quia Coadjutoris datio etiam temporalis Episcopis, et Superioribus Prælatis, est de causis majoribus, et pertinet ad solum Papam, non obstante consuetudine contraria; textu expresso in cap. Pastoralis unic. de Cleric. ægrot. in 6. ibi : « Pastoralis Officii debitum exequentes declaramus, atque statuimus, Coadjutoriam Episcoporum, et superiorum Prælatorum intelligendam esse de causis majoribus, et referendam ad Sedem Apostolicam, ac ab ea (consuetudine non obstante contraria) tantummodo postulandam. » (8. Nec obstat textus in cap. Ex part. 4. de Cler. ægrotante; quia potius facit pro hac parte, quia Episcopus Arelatensis ibi signatus non dedit Coadjutorem Episcopo Comprovinciali auctoritate ordinaria, sed tamquam Sedis Apostolicæ delegatus; ut patet ex littera, ibi : Mandamus, et observant ibi Card. in 4. not. Abbas num. 3. Guid. Papa num. 2. Fagn. n. 2. et Glossa in d. cap. Pastoralis, verb. Tantummodo.

(9. Coadjutor est ille, qui datur ex causa Juris vel Judicis auctoritate ad coadjuvandum Officium Præsidentis, seu Ministri Ecclesiæ. Ita Joan. Andreas in cap. Consultationibus 6. de Cler. ægrot. n. 3. vers. de primo die, et ibi Butr. Card. Ancharan. Abbas, et alii communiter cum Fagnan. n. 22. (10. Dicitur

enim Coadjutor a coadjuvando, sicuti Tutor a tuendo, quasi Tutor, et Defensor; l. 1. ff. de tutel. Fagnan. loc. cit. n. 13. (11. Coadjutor ob varias causas dari potest, et solet. Primo datur Coadjutor simpliciter, et sine futura successione Clericis ob morbum incurabilem, et perpetuum; c. ex par. 5. de Cler. ægrot. « ibi : Gravi et incurabili morbo; cap. Pastoralis unic. de Cleric. ægrot. in 6. ibi : « Incurabili morbo gravatus et perpetuo impedimento detentus. » (12. Secus est dicendum, si morbus sit curabilis, et temporalis, tunc enim ipsemet Clericus ægrotus poterit sibi Vicarium temporalem constituere pro tempore morbi durantis; arg. cap. Adjudicimus 19. cau. 16. qu. 1. juncto Concilio Trid. sess. 21. c. 1. de reformat. ubi Rectores Ecclesiarum jubentur « sibi tot sacerdotes ad munus Pastoralis adjungere, quot sufficient ad Sacramenta exhibenda et cultum Divinum celebrandum. » Ita Joan. Andreas in d. c. Consultationibus n. 6. Fagnan. ibi n. 11. 12. et 13. citans Hostiensem in cap. Clericos, de offic. Vicar. et alios. (13. Secundo propter lepram, cum ratione lepræ non possit leprosus Clericus sua officia obire sine scandalo, et horrore populi; c. de Rectoribus 3. de Cleric. ægrotante, ibi : « De Rectoribus Ecclesiarum lepræ macula usque adeo infectis, quod Altari servire non possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, Ecclesias ingredi, hoc volumus te, quod eis dandus est Coadjutor, tenere. » Concordat c. Tuos 4. eodem tit. (14. Tertio datur Coadjutor Beneficiato propter amissum linguæ usum; c. Consultationibus 6. de Cleric. ægrot. ibi : « Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantem officium linguæ assersis amisisse, Coadjutor est merito adhibendus. » (15. Quarto dandus est Coadjutor Clerico Beneficiato propter ejus amentiam; c. Quamvis 14. caus. 7. qu. 1. cap. Pastoralis, unic. de Cleric. ægrot. in 6. (16. Quinto datur Coadjutor propter senectutem, atque ingravescentem ætatem Beneficiati, qua ipse reddatur perpetuo inutilis ad executionem Officiorum suorum; cap. Petiisti 17. q. 1. et d. c. Pastoralis, ibi : « Episcopus senio aut valetudine corporali gravatus, vel etiam alias adeo impeditus perpetuo, ut suum Officium nequeat exercere. » (17. Sexto propter imperitiam, et illiteraturam Rectorum Ecclesiarum Parochialium, textu expresso in Concilio Trid. sess. 21. c. 6. de reformat. ibi : « Quia illiterati, et imperiti Parochiales Ecclesiarum Rectores Sacris minus apti sunt Officiis... Episcopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegati eisdem illiteratis, et imperitis, si alias honestæ vitæ sint, Coadjutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint. »

(18. Coadjutor debet habere omnes qualitates de Jure requisitas ad illud officium, pro quo datur. Sic expresse statuit Concilium Tridentinum. sess. 25. c. 7. de Reformat. Unde debet esse constitutus in illa ætate, quæ ad obtinendum illud Beneficium, seu Ecclesiam requiritur. Rota dec. 347. n. 3. par. 3. div. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss.

5. § 9. n. 6. Garcias de Benefic. part. 7. cap. 4. in fine; Barb. in Conc. Trid. sess. 25. de Reform. c. 7. n. 38. et de Canonis c. 29. n. 48. Squillant. de privileg. c. 4. n. 97. et alii passim. (19. Et si Coadjutor datur in Spiritualibus Parocho v. gr. aut Episcopo, debet habere scientiam et prudentiam, qua sciat populum regere, Parochiam, vel Diocesim gubernare, animarumque sibi commissarum salutem prospicere, et inquietos sub disciplina vinculo constringere; cap. Quamvis sit triste 14. cap. Petiisti 17. et cap. Quia Frater 18. caus. 1. cap. Ex par. 5. de Clerico ægrot. (20. Et Coadjutor datus Episcopo universaliter, quoad Spiritualia, debet esse Episcopus consecratus, aliter non posset exercere Pontificalia, sed solummodo Jurisdictionem Episcopalem; arg. c. Aqua, de consec. Eccles. (21. Si vero datur Coadjutor Episcopo, vel alteri Beneficiato, seu Rectori Ecclesiæ solum in temporalibus, quia v. gr. Episcopus, seu Rector Ecclesiæ seu Beneficii est dilapidator, debet esse fidelis, et probus, et circumspexus Administrator; cap. Grandi 2. de supplend. neglig. Prælat. in 6. et sufficit, quod sit constitutus in ætate viginti quinque annorum, cum ætas hæc censeatur esse perfecta, quoad administrationem temporalem. Unde et in tali ætate potest quis esse Tutor; l. ult. Cod. de legit. tutela, atque Procurator etiam ad judicia; cap. Qui generaliter, § fin. de Procuratoribus in 6. (22. Hinc nota, quod Coadjutor fere coincidit cum Administratore, qui tum in Spiritualibus, tum in temporalibus a Sede Apostolica dari solet Episcopis a suo Episcopatu legitime absentibus, vel Personis Principibus auctoritate Apostolica dispensatione promotis ad Episcopatum ante legitimam ætatem, aut ipsis Ecclesiis Cathedralibus, ut fit mentio in c. Is cui 42. de elect. in 6. juncta Glossa, et D. D. ibid. (23. Et etiam Coadjutor fere coincidit cum Suffraganeo, qui solet deputari pro Ecclesiis Cardinalium, et pro aliis, quæ consueverunt Suffraganeum habere, sicut enim dicitur Coadjutor a coadjuvando, ita Suffraganeus a suffragando. (24. Et ideo Coadjutoria, et Suffraganeatus sine successione, et solum temporales expirant per obitum Episcopi, quia non est, quem coadjuvent, aut cui suffragentur, prout hæc notantur per Joan. Andream in cap. Consultationibus 6. de Cler. ægrot. in 6. q. n. 10. et Fagn. in cap. Episcopalia 1. de privileg. n. 58 et in cap. Ex part. 5. de Cleric. ægrot. n. 6. et 10. cum Rota par. 1. recent. dec. 456. num. 5. (25. Sicuti etiam cessat redeunte Episcopo absente, aut Episcopo promoti ex dispensatione Apostolica ætatem debitam attingente, illico cessat Officium Administratoris interim constituti; cap. de caus. 4. de officio delegati.

(26. Quamvis autem Coadjutoria temporalis, sicuti et Suffraganeatus, et Administratio cesset statim mortuo Coadjuto, Coadjutoria tamen perpetua concessa per Sedem Apostolicam cum futura successione non expirat per obitum Coadjuti; quia potius transit in Jus plenum, et de Jure ad rem

transit in Jus in re respectu Ecclesiæ seu Beneficii. Puteus dec. 98. lib. 2. Fagn. in c. ex par. 5. de Cleric. ægrotant. n. 15. 16. et alii passim. Per Apostolicam enim concessionem Coadjutoria perpetuæ acquiritur Coadjutori in Beneficio jus ad rem, quod eveniente morte Coadjuti efficitur Jus plenum, seu in re: adeo ut non requiratur pro tali perpetuo Coadjutore nova collatio, sed absque alio ministerio illa gratia Coadjutoria ex primo Jure sibi concessa effectum sortiatur: cum Papa in istis Coadjutoriis perpetuis cum futura successione sub Clausula Ex-nunc pro tunc faciat collationem, ut resolvit Rota in Tirasonen. Coadjutoria 8. Nov. 1599. cor. Penia, quæ habetur impressa apud Garciam de Benefic. part. 4. c. 5. 128. Prædicta enim Clausula operatur, ut unum tempus videatur alteri inesse, futurum scilicet in præsentia; sicque actus postea factus, censeatur jam a principio factus. Barbosa in tract. de Clausulis usu frequent. Clausul. 61. n. 1. et seg. Beneficium potest alteri conferri. Seraphin. dec. 1447. num. 4. Fagnan. loc. cit. num. 16. (27. Sed hic oritur dubitatio: An perpetuus Coadjutor datus Episcopo cum futura successione, et cum libera potestate administrandi, etc. possit ipso Episc. Coadjuto vivente, et contradicente, solus administrare, quæ sunt Jurisdictionis Spiritualis, seu Temporalis? (28. Et ad hoc respondetur cum distinctione: Aut enim Coadjutor datus est Episcopo dementi, vel alias omnino inhabili, ut in casu cap. Pastoralis unic. de Cleric. ægrotant. in 6. § si vero Episcopus, et tunc Coadjutor potest solus administrare; quia cum non possit Episcopus Coadjutus præstare rationalem consensum, vel dissensum, § Furiosus, instit. de inutil. stipulat. Coadjutor libere exequitur; cit. § si vero Episcopus. Aut Coadjutor datus est episcopo impedito, vel alias non prorsus inhabili, sed propter gravem infirmitatem, aut decrepitem Pastoralia munia per se ipsum exercere non valenti; et tunc Coadjutor non potest solus exequi, et expedire ea, quibus Episcopus Coadjutus rationabiliter contradicit; ut colligitur ex c. Pontifices 4. caus. 7. qu. 1. addita ibi hac ratione: « Ne per necessitatis occasionem præsumptionis pullulet ambitio; » et Rota in una Eborensi Distributionum 23. Oct. 1598. cor. D. Corduba expresse tenuit, Coadjutorem non posse inservire invito Coadjuto, sed ipso petente; sic refert Garcias part. 4. de Benef. c. 5. num. 60. citans Campesium de Coadjutore Episc. num. 9. atque id probat ulterius ex cap. Nihil contra 16. § Ecce caus. 7. qu. 1. et ex cap. Pastoralis unic. de Cler. ægrotant. n. 6. (30. Et de mente Sac. Congregationis Fagnan. in cap. Ex part. 5. de Cleric. ægrotant. n. 24. infert præcisus his verbis: « Ut Coadjutor datus Episcopo ob senium, aut ægritudinem de ejus consensu, cum futura successione, et cum plena, et libera, et omnimoda facultate in temporalibus, et Spiritualibus administrandi ea omnia, quæ ad Officium Coadjutoris pertinent; minime possit se immiscere in exercitio Pontificalium, neque Jurisdictionalium, quibus